Tíbi hoc praecipio, ut níteant aedes: hábes quod facias: própera, abi intro.
Tu ésto lectistérniator: tu árgentum eluito, ídem exstruito.
Haéc, quom ego a foró reuortar, fácite ut offendám parata,
Vórsa sparsa, térsa strata, laúta structaque ómnia ut sint.
Nam mi hódie natalís dies est: decet éum omnis uos concélebrare.
Pernám, callum, glandiúm, sumen facito ín aqua iaceant. sátin audis?

---

164. *Diomedes p. 379, 18:* quasi uerror uersus ut . . . apud Plautum in Pseudulo: 'uorsa sparsa' *Servius ad Aen. I 478:* uersa tracta, ut Plautus: 'inueniam omnia uersa, sparsa'

---

161. TI . . . . . PRAECIPIOUTNITEA *et* SQ *et* IN *apparuerunt in A* hoc *del. Ritschelius* precipio *B* propere *Bothius: 'fortasse vere' iudice Ritschelio* abintro *B* . 162. TUESTOL *et in fine* UITO *apparuerunt in A* lectis terniator *B* idem *BC, Seyffertus Ind. phil. vol. XII (a. 1877) p. 360.* ide D^2. id D^1*FZ.* itidem *Ritschelius* extruito *BF*
163. HAECQUUMEG, *dein* EU *et in fine dubia vestigia litterarum* ATA *apparuerunt in A* Hec *C* cum *libri praeter A* ego *FZ cum A.* eo *BCD* reuortar *Ritschelius.* reuortor *CD.* re uertor *B.* reuertor *F.* reuerror *Z* offenda *C* 164. U . . . . SPARSAT *et suo loco* LAUTAQ· *apparuerunt in A* Vorsa, sparsa, tersa, strata *Acidalius.* Vorsasprastergastrata *B.* Vorsas praster ga strata *D.* Vorsas praster gastrata *C.* Vorsa perstersa strata *F.* Vorsa pręsterga strata *Z.* uorsa sparsa *Diomedes legit,* uersa sparsa *Servius, e cuius codice Cassell. tamen* inueniam uersam tersa strata aut unctaque omnia *affertur* lauta structaque omnia ut sint *Ritschelius* structaque *praeeunte Pistori.* lautaque *(*lauta que *B)* coctaque *(*cocta que *B)* omnia uti sint *(*sunt *CD.* sient *FZ) BCDFZ.* lauta coctaque omnia ut sint *Acidalius.* lautaque unctaque omnia ut sient *Ladewigius in Diurn. antiqu. stud. a. 1842 p. 1073 deleta cum Hermanno* sparsa *voce septenarium efficiens.* lauta, structa cuncta uti sint *Kiesslingius Symb. phil. Bonn. p. 836*
V. 165—168, quos anapaesticos esse iusserunt Studemundus de cant. p. 55, Muellerus Pros. p. 100, Spengelius de l. s. s. p. 168, Bergkius Opusc. vol. I p. 675, trochaice Ritschelius et Fleckeisenus metiebantur
165. NAMMIHIHODIENATALISDIESEST *apparuerunt in A* mihi *libri cum A* hodiest *et* dies *om.* est *Fleckeisenus* eum decet *idem* omnis uos *B.* omnes uos *CDFZ.* omnis *Ritschelius* concebrare *B*
166. *Versum eicit Usenerus (item Lorenzius Philol. vol. XXXV a. 1876 p. 159), recte ut videtur* PERNAMC*(vel* G*)*ALLUMG*(vel* C*)*LANDIUMSU *in A legit Loewius* Paternã *C* callum *Scutarius.* gallum *BCDFZ* face *Ritschelius cum Kampmanno de IN praep. p. 3* ina///qua *(erasa* n *ut vid.) B* *De proximis nugatur Gulielmius c. 5*